UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Coniungendis cum emancipato liberis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

LEX IX.

Poſthumus Opp. ꝙ venter debeat mitti tantum qui pariturus eſt ſuum, non alius, vt ſ. eod. l. j. §. toties. Sol. Dicũt quidam, ꝙ hic dicitur ex omnibus edicti partibus, hoc eſt, ſiue ex teſtamento, ſiue ab inteſtato, ſiue per vnde liberi, ſiue per vnde legitimi, dicit ꝙ eſt ſuus. Hec ſol. non eſt vera, l. vbicũq;. ſ. eo. ⁊ l. extraneo. ſ. eo. Quare dic, ꝙ loquitur indiſtincte in quolibet qui ſi eſſet natus, haberet bon. poſ. a pretore, ille mitteretur in poſ. Non ob. l. j. §. toties. vt ibi dixi. Sed eſt differentia, quia vẽter, qui eſt pariturus ſuũ, debet indiſtincte ali, ſiue habeat alias vnde ſe alat, ſiue non, vt l. curator, ſ. eod. ſecus in eo qui nõ eſt pariturus ſuum, d. l. extraneo. ſ. eo. Item eſt differentia in cauſe cognitione. Item quanto tempore duret poſſeſſio in vno, ⁊ quanto in alio, ſ. eo. l. vbicunq;. §. j. ¶ Sed quero, nonne habemus in l. iij. §. acquirere. ſ. de bo. poſ. ꝙ datur parte non citata, ⁊ eſt tex. in l. ſeruus. eo. tit. quomodo ergo requiritur plena cognitio quando que in danda iſta poſſeſſione? Reſpon. ibi loquitur in poſ. que eſt iuris, nec facit preiudicium in poſſeſſione, nec in proprietate, nec mittitur in poſſ. facti, hic eſt poſſeſſio facti, ⁊ de facto quis mittitur in poſ. vt poſſit diminuere, l. j. §. toties. ⁊ l. ij. ĩ. quib. ex cauſ. in poſſ. eatur, ⁊ ideo requiritur cauſe cognitio.

TITVLVS IX.

De coniungen. cum emancip. libe.

¶ Continuatio Apparet ex princ. l. j. nam dictum eſt ſ. de bo. poſ. contra tab. verum, quia ad determinationem eorum que ibi ſunt dicta eſt factum iſtud edictum, ideo ponitur hic in rubr. de coniungendis cum emancipatis liberis.

LEX I.

2 ☞ Edictum de coniung. cum emanci. lib. octo requirit, ⁊ an hodie habeat locum. 3.
4 Argu. quod poteſt ſumi ex legibus correctis.

Si quis ex his. Primo ponit Iuriſcõſul. mentem edicti. Secundo illud exponit. Secũda ibi, hoc edictum. Gl. mag. ponit caſum in princip. l. ⁊ quaſi ſummat totum tit. Text. ibi, pertinebit, id eſt, vocentur per ſe directo: alias ſecus, vt ĩ. eo. l. ſi nepos. ¶ Pro declaratione † text. quero, que fuit ratio introducendi iſtud edictum? Reſpon. cauſa concordandi ius ciuile cum iure pretorio, vt probatur ĩ. proxi. §. ⁊ gl. dicit apertius. ¶ Secundo quero, quare dicit Iuriſconſultus, ſuo nomine? Reſpon. quia ſecus ſi per mediã perſonam ad eos pertinet hereditas, vt ĩ. eo. l. ſi nepos. ¶ Quero, quare dixit de collatione? Reſpon. quia poterat eſſe diſcordia inter nepotes, ⁊ patruos. Nam poterant dicere patrui, ꝙ emancipatus debeat eis conferre. Item nepotes poterunt dicere ꝙ emãcipatus conferret ſolum eis, q2 ſolũ eis facit iniuriam. ¶ † Queſit gl. quot requirũtur vt habeat locum iſtud edictum? Dicit gl. ꝙ octo, que vide in gl. ¶ Vltimo querit gl.[a] † vtrum iſtud edictũ hodie locum habeat? Videtur ꝙ non, quia ſublata eſt hodie differentia patrie poteſtatis ⁊ emancipationis, vt in authenti. de hered. ab inteſta. §. j. ⁊ ideo cum ſolus filius veniat ad ſucceſſionem de iure ciuili, ⁊ pretorio, iſta coniunctio non habebit locum. Ita dicit gl. hic ⁊ idem not. gl. in verb. venient. ſ. de lib. ⁊ poſth. l. vlti. ⁊ ſ. de inof. teſt. l. ſi proponas. in prin. ⁊ C. de ſu. ⁊ le. auth. in ſucceſſione. ⁊ in authen. de here. ab inteſt. §. j. ⁊ idem videtur velle Rof. in libellis ſuis, in tit. de bon. poſ. contra ta. In contrarium, ꝙ iſte tit. non ſit hodie correctus, videtur, quia titu. de here. que ab inteſt. loquitur, quando nullum eſt conditum teſtamentum: hic vero, quando eſt conditum teſtamentum, ſed irritatur per contra tab. ſed videtur certiſſimum ſecundum multas gl. ꝙ quãdo teſtamentum eſt conditum, ⁊ irritatur, nõ ſunt correcta iura antiqua, no. l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tantum. ſ. de lib. ⁊ poſth. ⁊ l. ſi filius. ſ. de mino. ⁊ de lib. prete. authen. ex cauſa. ⁊ l. ſi emancipati. C. de colla. ⁊ Azo. in ſum. huius titul. Preterea ſi bene reſpicias totum tit. poſitum in authen. de here. que ab inteſt. loquitur tantum, quando filius emancipatus ſuccedit cum parentibus, cum fratribus, vel cum filijs fratrum, vel alijs collateralibus. Nec vnquam reperies ibi, quando cum ſobole ſuamet ipſe concurrit. Si ergo nõ mutatur, quare ſtare prohibetur, l. precipimus in fi. C. de appel. ⁊ l. ſancimus. C. de teſt. quia legum correctio eſt vitanda. ⁊c. ⁊ ita tenuit Iaco. de Are. ⁊ Cyn. in d. authen. in ſucceſſione. ⁊ multi moderni. doct. Sed videte, veritas eſt iſta, ſi quidem ab inteſt. ſuccedit ur, tit. iſte eſt hodie correctus, non ſolum per iura Authẽ. ſed per iura Codicis, l. meminimus. C. de legit. here. vbi dicit, filium emancipatum ſuccedere ad ſimilitudinem ſuorum, non obſtante ſibi in aliquo emancipatione. Nec ibi fit diſtinctio, cum quo ipſe veniat ad ſucceſſionem. Idem dico, ſi aliquod teſtamentum eſt factum quod reſcindatur in totum per querelam, vel dicendo nullum, ita ꝙ res ad cauſam inteſtati deducatur, ⁊ ab inteſtato ſuccedatur eadem ratione, d. l. meminimus. Sed ſi aliquis filius haberet neceſſe ſuccedere per contra tab. quod eſt quãdo omiſſo beneficio iuris ciuilis, de voluntate vellet venire per contra tab. vel per aliquod ius pretorium, tunc dicerem iſtum tit. non eſſe correctum, ⁊ in hoc Dico Iac. de are. bene dicere, vnde nõ eſt proprie iſte tit. correctus, ſed additur noua forma ſuccedendi filio emancipato, ⁊ ſi ille eligit illam, venit in totum, ſed ſi venit per ius pretorium, tunc coniunguntur cũ filio ſuo, vt hic. Nõ obſt. gl. preall. nam quando factum eſt aliquod teſtamentum, quantum ad modum rumpendi, remanet differentia emancipationis, ⁊ patrie poteſtatis: quare emancipatus habet petere neceſſe contra tab. hodie ſicut olim. Sed poſtꝙ teſtamentum eſt ruptum, quãtum ad ius ſuccedendi non remanet differentia, niſi ſm eum modũ, quem ſ. dixi. Sed tenendo iſtam gl. ꝙ eſt correctus iſte tit. quare legitur? Dic. gl. q2 in ea ſunt bona, ar. ⁊ alias leges facit intelligibiliores.
4 Ex † hac gl. habes. ꝙ ex legibus correctis põt ſumi arg. Cõtra. C.
b de lat. lib. tol. l. j. §. j. vbi falſi pena punit, qui leges correctas alle.[b] Solu. Quedam ſunt leges correcte in iuris corpore incluſe, ⁊ iſte poſſunt allegari, vt in hac gl. hoc probat in c. authoritate, de conc
c eſ. preben. in vj.[c] Quedam nõ incluſe, ⁊ ille non poſſunt allegari.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Querit gloſſ. Vtrum iſte titu. ſit hodie correctus, per Imo. in d. l. fin. de libe. ⁊ poſthu. cum concor.
b ALEX. ¶ Alleg. Quando liceat alleg. ex legib. correctis, adde Bart. latius in l. fin. ĩ. de fal. ⁊ in l. omnes populi in fin. de iu. ⁊c. Et adde Are. quem vide in c. nouit. de iudi.
c ALEX. LOS. ¶ Aduerte reſtaurationem huius ſolu. Bar. de legibus correctis, que tamen perfecte non habetur: dic ergo ex fide ſcripti exẽplaris. Alie ſunt correcte, ⁊ in corpore iuris nõ clauſe, ⁊ de iſtis loquitur contraria. de quo per Archid. plene in c. collatio. de of. leg. in vj. ⁊ per Hoſt. in ſum. de offi. leg. §. ⁊ in quo.

§. Iungitur. Opp. ꝙ hodie datus in adoptionem non iungitur nepoti, quia per hoc de poteſtate non exit, ⁊ ſic remanet ſuus, l. cum in adoptiuis. §. omnia igitur. C. de adop. Solu. Fateor ꝙ hodie corrigitur, ſi datur in adoptionem extraneo, ſecus ſi auo.

§. Si pater No. tex. in fi. ibi, nã exheredatꝰ. ⁊c. Op. dicitur hic, quãdo filius eſt exheredatꝰ, nepos admittitur, ⁊ videtur innuere, ꝙ tunc nepotes non iungãtur patri exheredato, ⁊ eſt verum, vt ſ. hac l. in prin. Contra hoc oppo. ſ. de inoffi. teſt. l. ſi proponas. Solu. veritas eſt iſta, ꝙ ante prolatam querelam non poteſt iungi nepos cum patre ſuo quia pater propter exheredationem excluditur: ſed poſt intentatam, ⁊ prolatam querelam, iũgitur pater cum filio, per d. l. ſi proponas, ⁊ hoc non ex vigore huius tit. ſed ex clauſula adita per Iulianũ, de qua habetis ĩ. eo. l. qui duos. ¶ Item hic innuitur, ꝙ exheredatus habetur pro mortuo, contra l. ſi patronus. §. ex teſtamẽto. ĩ. de bon. lib. Solu. Intellige de exheredatione valida: ſecus ſi eſt facta inualida, vt quia non eſt adita hereditas l. filium. §. ſed cum exheredatio. ſ. de contra tabu. vel alias eſt inualida. quia non eſt facta rite, l. non putauit. §. non queuis. eo. tit. Opp. ĩ. de bo. lib. l. ſi patronus. §. ſi quis. Sol. intellige hic de exheredatione ma[illegible]te, alias ſecus, vt ibi.

1 ☞ Querela datur illi, qui de neceſſitate non debet inſtitui, ſi eſt preteritus.
2 Statuto ſtante ꝙ filia, vel mater non ſuccedat patri vel filio, extantibus alijs filijs, vel fratribus, ſi extant, ⁊ iudicio teſtatoris ſuccedere non poſſunt, an excludantur.
3 Exheredatus quando habetur pro mortuo.

§. Si pater in poteſtate Dicitur hic, ſi filius eſt exheredatus, nepos nõ admittitur. Cõtra, imo admittit ex perſona ſua, l. tertia, §. ſi emãcipatus. in fi. §. ſ. de contra tab. ⁊ l. ſi quis filiũ. C. de inoffi. teſta. Sol. Dico, quod nepos nõ admittitur ad contra tab. vt hic, ſed bene poteſt admitti ad querelã ex perſona ſua, q2 nõ fuit inſtitutus, nec exheredatus, d. l. iij. §. ſi emãcipatus, ⁊ dicta l. ſi qs filiũ. Dices tu, hoc nõ eſt verum, nam ſolus exheredatus, vel habitꝰ pro exheredato, vt in preteritione materna, vel materni generis, habet querelã. l. j. ⁊ l. ſeq. ſ. de inof. teſtamen. ſed iſte nepos eſt preteritus ab auo paterno: ergo nõ debet habere querelam.
1 Sed dico † ꝙ indiſtincte debet habere querelã. Ille enim, qui non debet inſtitui de neceſſitate, ſi eſt preteritus, habetur pro exheredato, vt dicit in preteritione materna, vel materni generis. Sz hic nepos, quem precedit filius, nõ debet inſtitui, l. ſi quis filio exheredato, in prin. ſ. de iniuſt. teſta. ideo eius preteritio habet pro exhereda

exheredatione ſicut in preteritione materna, ⁊ ꝓbat text. ſ. de in-
offic. teſtamen. l. pater filiũ, vbi pater habet querelã, non tamen
debebat inſtitui, cum enĩ precedebat gradus liberoꝝ: ⁊ ideo glo.
que ibi exponit, querelã, id eſt, contratab. nõ bene exponit, ⁊ hoc
patet q2 tex. ibi dicit, teſtamentum nõ eſt factum ex cauſa pieta-
tis, que eſt cauſa querele, l. j. ⁊ ij. ſ. de inoffi. teſtamẽ. Nec obſt. l. fi-
lio. §. j. eo. tit. q2 ibi pater intẽtauit cõtratab. iniuſte, cũ ſibi nullo
modo cõpetebat: tum q2 non debebat inſtitui, tum q2 gradus li-
berorum precedebat, ⁊ probatur etiam in dicta l. iij. §. ſi emanci-
a patus, in fi. ⁊ ibi dixi, ſ. de contratabulas. ¶ Quero, [a] ego promi
2 ſi me dicturum hic queſtionẽ ſtatuti, quod dicit, † ꝙ filia nõ ſuc
cedat patri extantibus filijs maſculis, vel mater nõ ſuccedat filie,
extantibus alijs filijs maſculis, quid ſi eſt alius filius maſculus
qui ex iudicio teſtatoris nõ poteſt ſuccedere, vt q2 exheredatus,
an impedit matrem, vel filiam ſuccedere? ⁊ iſta promiſi me dictu-
rum, in l. j. §. pen. ſ. de cõtratab. ⁊ iſte eſt valde difficilis paſſus, ⁊
videtur, quod talis excluſus non impediat, q2 habetur pro mor-
tuo, vt hic dicitur in tex. Et, vt hoc perfecte videamus, opo. dici-
tur hic, qđ exheredatus habetur pro mortuo. Cõtra, ſ. de leg. j. l.
filius. §. cũ quis. ⁊ ibi gl. Dicunt quidam, vt Iac. de Aret. habe-
tur pro mortuo quantum ad ſuum cõmodum: ſecus quantum ad
commodum alienum, vt ibi Hec ſolutio non placet, q2 etiã quan-
tum ad commodum alienum habetur pro mortuo: vnde hic nepo
tes habebunt totum cum alias eſſent habituri dimidiam. Dic er
go, ꝙ ibi exheredatus impediebat alium faciẽs conditionem di-
ſpoſitionis deficere, ex qua ille volebat ſuccedere, vnde non attẽ-
ditur ſit exheredatus, vel non: q2 ſufficit quod ſit filius, vt ibi: ſed
hic loquitur, quando exheredatus alium impediebat, q2 concur-
rebat ſi ſequens cum eo ſuccedebat: vnde eo excluſo per exhere-
dationem, nõ impediet alium ſuccedere, vt hic. ¶ Item oppo. de
b iſto §. ſi pater. [b] vbi filius exheredatus nocet nepoti, ergo exhere-
datus non habetur pro mortuo: q2 tunc veniret per contratabu.
nepos preteritus, vel diceret teſtamẽtum nullum. Aduerte, exhe-
redatio aſſumit effectum poſt aditã heredi. l. filiũ. §. ſed cum exhe-
redatio, ſ. de contratab. ⁊ tunc incipit haberi pro mortuo, cũ eſt
hereditas adita, ⁊ exheredatio confirmata. Si igitur nepos, qui
eſt ſequens in gradu vult venire per querelã, que oritur poſt adi-
tam hereditatẽ, ⁊ poteſt q2 pater exheredatus ſibi nõ obſt. cum
tunc poſt aditam hereditatẽ habeatur pro mortuo. Sed ſi filius
vellet venire per cõtra tab. que oritur ante aditam hereditatem,
l. illud. in princip. ſ. de contra tab. vel vellet dicere nullum, quod
ius oritur ante aditam hereditatem, non poteſt, cũ illo tempore,
quo ius debet oriri, nõ habeatur pater pro mortuo, vt in §. ſi pa
ter. ⁊ l. ſi quis filio exheredato. in princip. ſ. de iniuſt. teſta. ¶ Ex
hoc ſequitur aliud, vos ſcitis ꝙ contra tab. que datur patrono,
oritur poſt aditam hereditatem, l. illud. ſ. de contra tab. modo fi-
lius liberti exheredatus non impedit patronum, quin ſuccedat
per contra tab. vt inſtitu. de ſuc. lib. §. ſed noſtra. verſic. ſi vero te-
ſtamentum, q2 tempore, quo oritur contratab. ille filius habetur
pro mortuo. ¶ Itẽ ſ. in verſi. ſed ⁊ ſi patruus. vbi admittitur ne-
pos, filio exheredato habito pro mortuo. Et eſt ratio, q2 venit ex
quodã iure ciuili, ſibi vere competenti ante aditam hereditatem
quoniam ipſe erat in poteſtate, ⁊ pater emãcipatus, ⁊ ſic ei nullo
modo obſtat: ſed ſi vellet venire iure aliquo ſibi queſito, ideo quia
pater eius erat exheredatus, habet locum qđ ſupra dixi. Ex hoc
c concludo [c] ad queſtionem, quam ſupra dixi, filia femina non ſuc-
cedit extãtibus maſculis, maſculus eſt exheredatus, impediet ne
ſuccedere filiam feminam? Aduerte, ſi exheredatio eſſet annulla
ta aliquo modo, tunc eſſet perinde, ac ſi non eſſet facta, vt ſupra
dixi circa contraria gl. Sed ſi eſt exheredatus rite, ita quod teſta
mentum non poteſt rumpere, tunc ſi quidem filia vult ſuccedere
tanquam ſua, non poteſt, q2 tempore mortis filius maſculus eam
precedebat, vt hoc §. ſi pater, in principio. ⁊ l. ſi quis filio exhere-
dato. in princip. q2 nõ debet inſtitui. Sed ſi filia vellet venire per
querelam, que oritur poſt aditam hereditatem, ⁊ ſic eo tempore
quo filius habetur pro mortuo, tunc poſſet ſuccedere, prout dixi
ſ. de nepote. Contra predicta opp. fortiter in auth. de nup. §. ſolu
to. in fi. vbi filius qui ingratitudinẽ cõmiſit, nullo modo alij obſt.
Sol. ibi filius ingratus repellitur a lege, ⁊ ſic tempore matris re-
peritur excluſus, ideo alios non excludit: ſed hic excluditur per
factum hominis, vt per exheredationem, que habet locum poſt
aditam hereditatem, ideo excludit eos, qui veniunt poſt aditam
hereditatem. Sed ſi veniret aliquis ex iure, quod oritur ante adi
tam hereditatẽ cui ipſe filius obſtabat, tũc filius impedit, vt dixi.
Item huic legi opp. j. de aſſigna. libe. l. j. §. fin. vbi dicitur, ꝙ teſta-
tor qui priuat aliquem portione ſua, poteſt eã aſſignare cui vult,
⁊ ille priuatus facit partẽ alijs. Reſpond. ⁊ aduerte ad hoc, quan
doque actus priuationis alicuius precedit actum aſſignationis
facte alteri de eadẽ portione, qua ille eſt priuatus. Verbi gratia,
exheredatur quis primo, ecce priuationis actus. Secundo eius
exheredati portio alteri aſſignatur, tunc habent locum ea que ſ.
dixi. Quandoq; actus aſſignationis facte alteri, ⁊ actus priua-
tionis alterius, eſt idem actus, tunc habet locum lex cõtraria: q2
teſtator poteſt aſſignare cui vult, ⁊ priuatus, alijs facit partem.
d ¶ Ex hoc concludo ad aliam [d] queſtionem, dicit ſtatutum, quod
mater non ſuccedat filio habenti fratres carnales ex patre: mo-
do pone, quod vnus filius deceſſit fratre preterito, extraneo, non
turpi perſona, inſtituto, ſuccedet ne mater? Videtur quod ſic, q2
frater non poteſt ſuccedere, quia eſt preteritus. Contrariũ puto
nam iſte frater eſt priuatus ſucceſſione, facto defuncti, ⁊ actus pri-
uationis non precedit actu; tranſlationis in alterum, imo eſt idẽ,
⁊ ideo licuit defuncto auferri illi, ⁊ alij dare, ⁊ ille frater ita impe-
dit matrem ſicut ſi haberet, l. prima. §. primo. de aſſigna. libe. Fa-
ciunt hec ad ea que dixi ante, ⁊ dicam in l. huiuſmodi. §. ſi coniun
ctim. ſupra de legatis primo. Cõtra predicta videtur fortiter. in-
fra de bon. libe. l. ſi patronus teſtamento. in princip. ⁊ Inſtitu. de
ſuc. lib. §. ſed noſtra. verſic. ſi vero teſtamentum, vbi preteritus a
matre, vel ab auo materno, vel a patre milite, habetur pro exhere
dato, ⁊ patronum non impedit, tamen vides quod eſt vnus ⁊ idẽ
actus priuationis ⁊ tranſlationis in alium, ſcilicet preteritio. Re
ſpond. licet ſit vnus, ⁊ idem actus in ſubiecta figura verborum,
tamen ſecundum veritatem lex fingit exheredationem precedere,
vnde ficte actus priuationis precedit, vt ibi patet: quia preteritio
ibi habetur pro exheredatione, nec remanet in finibus preteritio
3 nis. ¶ At igitur iſta materia liqueat, quando ille, qui me impe-
dit, vel mecum concurrit iudicio teſtatoris, a ſucceſſione excludi
tur, vtrum me impediat, vel mihi partẽ faciat, ſic diſtingue. Aut
ille impediebat me, q2 faciebat deficere cõditionem diſpoſitionis,
ex qua debebam admitti, aut impediebat me, q2 ius ſuccedẽdi ha
bebat. ¶ Primo caſu etiam priuatus, iudicio defuncti me impe
dit, l. filius. §. cum quis. ⁊ ibi not. ſ. de lega. j. ¶ Secundo caſu di-
ſtingue: Aut actus tranſlationis in alium, fit de portione, que il
li priuato debebatur, ⁊ actus priuationis eſt vnus, ⁊ idem: aut a-
ctus priuationis precedit. Primo caſu me impedit ille priuatus,
ſicut ſi priuatus non eſſet, l. j. §. fi. j. de aſſig. lib. Secundo caſu ha-
bes ſcire, ꝙ ille actus priuationis aſſumit effectum demum here-
ditate adita, l. filium. §. ſed cum exheredatio. ſ. de cõtra tab. ideo
diſtingue. Aut ego habebam ius ſuccedendi inſolidum ab ipſo
initio, ſed ille priuatus faciebat mihi partẽ per cõcurſum, ⁊ tunc
priuatus mihi non obſtat, vt in d. verſi. ſed ⁊ ſi patruus. Aut ab
initio non habebam ius ſuccedendi, vel inſolidum nõ habebam:
⁊ tunc aut volo venire ex aliquo iure quod habet originẽ a tem-
pore mortis, vel ante aditam hereditatem, vt per poſſ. contra tab.
que datur liberis, vel dicendo, nullum, ⁊ non poſſum, vt hoc §. ſi
pater. ⁊ l. ſi quis filio exheredato in princip. ſ. de iniuſt. teſta. con
iuncta l. illud. in princip. ſ. de contra tab. Aut volo venire per ali
quod ius, quod habet originem tantum poſt aditam hereditatẽ,
vt per contra tab. que patrono datur, vel ꝑ querelã, ⁊ poſſum, vt
in §. ſed noſtra. Inſtitut. de ſuc. lib. coniuncta l. illud. in princip. ſ.
de contra tab. ⁊ probatur in l. ſi quis filium. C. de inoffici. teſtam.
⁊ ſ. de contra tab. l. iij. §. ſi emancipatus. in fi. §. Et hoc verum ſi-
ue actus priuationis precedat vere, ſiue ficte, vt Inſtitut. de ſuc.
libe. §. ſed noſtra. ver. ſi vero teſtamentum. ⁊ l. ſi patronus teſta-
mento. in princip. j. de bo. que lib. Ita debetis intelligere iſtam
difficilem materiam.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Quero. Hanc q. mouet Bald. in l. fratres. in fi. C. de
inoff. teſta. ⁊ vide Bal. in l. huiuſmodi. §. Titio. ⁊ l. plene. §. ſi duo
bus. de leg. j. aliquid in auth. nouiſſima. C. de inoff. teſt. faciũt not.
per Bar. in l. j. §. quidam filium. de contra tab. per eum in l. pater
filium. de inoffi. teſta. in rep. vbi late vide. Item facit ad not. per
Bar. in l. liberorum. de verb. ſign. ⁊ vide Bal. in l. j. in vj. q. C. quã-
do non pe. par. Pro hoc vide dictum Bald. in l. in ſubſtitutioni-
bus. de vulga. ⁊ pupil. adde tu. ⁊ de hac queſtione dic late vt per
Mod. in trac. ſtatuto. ꝙ extantibus maſculis. incip. arti. xij. q. vj.
b ALEX. ¶ Si pater De iſto §. ſi pater. adde omnino Bald. in l.
fratres. in fi. C. de inoffic. teſtam. ⁊ vide Bart. in l. filiuſfamilias. §.
cum quis. de legat. j. poſt princip.
c ALEX. ¶ Ex hoc concludo. Ad iſta vide que no. Ang. ⁊ Imo.
in l. Gallus. §. ⁊ quid ſi tantum. in q. ſtatuti. de libe. ⁊ poſthu.
d POMA. ¶ Ex hoc concludo ad aliam. Et vide Bartol. pro iſta
q. conſi. incip. viſo teſtamento Minimi de ſan. Quirico. ⁊ ita con-
ſuluit. ⁊ vide que dico, in conſilio Floren.

§. Liberos. Vide gl. que incipit, j. eo. §. ibi, in fi. Sol. vt in d. l. tutela quia ibi in hereditate libertorum, hic ingenuorum.

§. Si pater ex duobus. Facit iſte. §. ad id quod dixi vobis in l. cum emancipatus. §. fin. ſ. de contra tabu.

§. Illud. Uide gloſ. ſuper verb. illud nõ intereſt, que in- cipit, quo ad hoc ibi, ſed arg. cõtra. Dic vt per Dy. in l. ſi proprietarius, j. de dam. infect.

§. Inter ipſum. Primo ponit vnum dictum. Se- cundo illud per tria exempla de- clarat.

§. Si quis ex nepotibus. Iſte eſt nota- bilis §. ad ma teriam iuris accreſcendi ex cõiunctione legali. Facit l. ſi duobus, in prin. ſ. de contra tab. Et hec qualiter procedant, ꝛ qua ratio- ne, dixi plene in l. re coniuncti, ſ. de leg. iij. in materia coniunctio- nis legalis, tetigi in d. l. ſi duobus. in princip. ſ. de contra tabu.

1 ☞ Dictiones ex, propter, ꝛ de, quam vim habeant.

§. Emancipatus. Iuriſcõ. vſqꝫ huc expediuit primam partẽ edicti, ſcilicet de coniungendis. hic incipit dicere de ſecunda, ſcilicet de collatio ne bonorum que inducitur per hũc ti. ꝛ durat vſqꝫ ad fi. l. Uides ergo, ꝙ filius confert tantum nepotibus ex eo retentis: ſed quan tum conferat, ſequitur in §. nunc videamus: ꝛ eſt ſatis not. caſus: ꝛ ibi debere conferre, coniunge verſ. eueniet. j. eo. ꝛ poſtea redeas ad ver. nã ꝛ ſi alius. ꝛ in hoc ver. not. tex. ibi, hoc enim non de bo-
1 nis. † Nam tu habes differentias inter ex, ꝛ propter, *l. iij. §. ſi ſer
* uus. ꝛ l. eo tempore. §. ſi. de pecu. ꝛ l. j. §. ex incendio. de incen. rui. nau. cum ſi. ꝛ l. non dubium. C. de leg. Sed hic habes de dictione de, melius quam alibi: ꝛ habes ꝙ dictio de, denotat cauſam pro- ximam, ſed dictio propter, denotat cauſam remotam.

ADDITIO.

* ALEX. ¶ Ex ꝛ propter. De dictionibus ex propter, ꝛ de, vide tex. contrarium ꝛ ibi Bar. in l. ſi finita. §. j. j. de dam. infect. ꝛ in d. l. non dubium. ꝛ de dictione de, no. Bald. in l. de pecoribus. C. ad leg. Aquil. ꝛ Bart. in d. §. ex incendio.

§. Si ſit filius. Uos habetis hodie ita difficilẽ le ctionẽ ſicut habuiſtis hoc anno. Et hic §. vſqꝫ ad finem. diuiditur in tres partes, vt patet ex lite- ra. Opp. videtis hic, ꝙ iſtis nepotibus, quorum vnus eſt eman- cipatus, confert. Contra, emancipatus emancipato non confert, l. j. in fi. ꝛ l. pretor. §. quoties. ſ. de col. bo. Sol. Dicit gl. huic nepo- ti, emancipato non confert ex perſona ſua, ſed ex perſona patris ſui, in cuius locum ſuccedit, qui pater premortuus erat in pote- ſtate. Contra hanc ſol. opp. de hoc tex. ibi, quamuis hi minus, qꝛ ſi pater ſuperuiueret, nihil eſſent nepotes habituri: ſed hic dicit, minus. Sol. Expone minus, dicit gloſ. j. nihil, illud. §. ſi. de trib. Et quaſi omnes hanc ſolut. tenent. Sed mihi non placet quia quod dicit, ꝙ nepos in locum patris ſuccedit, expone, id eſt, in gradum ſuũ: non intelligas, ꝙ ex perſona patris fiat ei collatio, ſed ex per- ſona ſua, quia ius collationis non queſitum non tranſit ad here- dem, l. j. §. ibidem. ſ. de colla. bono. dixi in l. j. ſ. de colla. bono. §. ſi ſit. Quare gl. alio modo ſoluit, quia hic loquitur de profectitijs, que etiam emancipatis conferuntur. Hoc non eſt verum, qꝛ non reperimus, quod emancipatus emancipato conferat profectitia, ſecundum hec iura: ſed hodie ſic, l. vt liberis. C. de coll. Dixi ſ. de col. do. l. pater filium. Solu. gl. tertio modo, ꝛ dicit hunc nepotem eſſe emãcipatum a patre ſuo, nõ ab auo. Hec ſol. nõ placet qꝛ quo cunque modo nepos non ſit in aui poteſtate, ſufficit: quia ceſſat ratio collationis. Pro hoc l. ſi emancipatus. in princip. ſ. de con tra tabu. Quid dicemus? Breuiter dico hic, ꝙ huic nepoti eman cipato confert propter fratrem ſuum in poteſtate retentum, quia ambo vnam perſonam repreſentant, l. ſi nepotes. ſ. de colla. bon. Unde ſufficit, ꝙ vnus ſit in poteſtate, ſecus ſi diuerſas perſonas repreſentarent, quia eſſent nepotes ex diuerſis fratribus, l. j. §. ſi ſit nepos. ſ. de colla. dot. ꝛ formatur hoc contrarium, C. de colla. l. ſi emancipati. in j. gloſſ. ꝛ male ſoluitur. ¶ Item oppon. ꝙ iſte §. nihil faciat ad titu. Glo. reſpond. ꝙ faciat ad tit. quia tractat de collatione facienda, vt vidiſtis ſ. ea. l. in prin. ꝛ exinde occaſione ſumpta generalius tractat.

§. Sed ꝛ ſi ſint. Pone caſuꝫ ſic. Quidam habebat vnum filium emancipatum, ex alio filio premortuo duos nepotes emãcipatos, ex vno iſtorum nepo- tum vnum pronepotem in poteſtate, iſte filius emancipatus con fert bona ſua, propter hunc pronepotem, qui erat in poteſtate: modo queritur, vtrum iſti nepotes emancipati, de illis bonis col latis debeant aliquid habere? Reſpon. Iuriſcon. omnes iſti ne- potes, ꝛ pronepotes repreſentant locum vnius, tamen de bonis que ipſis remanent ex collatione, dimidiam habebit alius nepos cum filio ſuo in poteſtate retẽto, qui eſt pronepos quo ad auum. hoc dicit. Iſte eſt difficilis §. In tex. ibi, partem de bonis collatis a filio emancipato viuente. Oppon. ꝛ videtur, ꝙ ſolus pronepos in poteſtate retentus debeat habere bona collata: nam emanci- pato nõ fit collatio. Dicit glo. ſol. vt ſ. proxi. §. Tu dic, hic omnes iſti nepotes, ꝛ pronepotes habentur loco vnius, ꝛ ideo iſtis emã cipatis propter perſonam pronepotis, qui eſt in poteſtate, fit col latio, vt ſ. proxi. §. dixi.

§. Sed ꝛ ſi nepos. Glo. hic ponit caſum, ꝛ ver. continuat, ꝛ bene. Alia ſunt clara.

LEX II.

1 ☞ Interpretante in lege, dicta in l. interpretata videntur re- petita.

2 Clauſula, cum eadem conditione, intelligitur eiſdem pactis, ꝛ oneribus.

1 **NIhil.** Iſta eſt no. lex. ꝛ h. d. Clauſula † adiecta in l. interpretata, videtur repetita in l. interpre tante, hoc dicit. Et hoc not. ad multa. Facit ad hoc text. in authen. de filijs ante do. inſt. natis, per totam illam conſtitutionem. Et de hac materia, qualiter dictum in vno capite, videatur in alio repetitum, dixi plene in l. pretor. §. eritqꝫ.
a infra vi bono. rapto. Item not. [a] hec verba que hic dicũtur, cum eadem conditione. intelliguntur, id eſt, eiſdem oneribus, vt pre-
2 ſtet legata filius, ſicut pater † Et hoc facit ad multa, ſi dicitur, ta- lis recepit rem illa conditione quam habebat talis. Nam intelli- gitur eiſdem pactis, ꝛ oneribus. quod not.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Item not. Nota de his verbis, ꝛ ſequitur Bald. in l. ea conditione. C. de reſcindend. vendi ꝛ in l. cum res, ꝛ ibi Bald. C. de dona. ꝛ ad dicta hic per Bartol. in principio. adde Franciſ. de Aretio, in c. nouit. de iudic.

LEX III.

QUi duos filios. Iſta lex eſt ma[...] difficultatis in [...] ꝛ parue vtilitatis, ꝛ primo ponitur thema, ꝛ due qu[e]- ſtiones ex themate. Secundo ponitur reſponſio ad primam queſtionem. Tertio reſponſio ad ſecundam. Secũda ibi reſpondi ſi filium. Tertia ibi, quoniam ſi pater. Oppon. infra ea- dem l. vltima. Solu. vt ibi. ¶ Quero que fuit noua clauſula a Iu liano inducta. Reſpon. hoc edictum: nam forte pretor, qui hoc introduxit, fuit vocatus Iulianus, vel forte Iul. Iuriſc. introdu xit hoc magis, quã pretor. Uel poſſumus dicere, quod noua clau- ſula fuit introducta a Iuliano, non a pretore, quando filius iun- gitur cum patre exheredato, vt habes in l. ſi ponas. in princi. ſ. de inofficio. teſtamen. (non curo.)

LEX V.

SI nepos. Iuriſconſul. exponit verba poſita ſu- pra eodem. l. prima. que dicunt, ſuo nomine.

LEX VI.

SI quis filium. Nota quod hoc edictum habet locũ in nepotibus le gitimis naturalibus: ſecus in legitimis tantum, vt in adoptiuis, vt hic, ꝛ habuiſtis nota. ſupra eod. l. j. in prin. in gloſſ. magna.

LEX VII.

SI poſt emancipationem. Iuriſcon. ponit hic primo vnam queſtio. cui nõ reſpõ det. Secundo ponit aliam, cui reſpondet. Tertio a[...] cui reſpondet. ſed ad queſtionem non ſolutam reſpondet gl[...] tepen. Secũda pars incipit ibi, ꝛ proponamus. Tertia ibi [...] Aduertatis, quia eſt valde difficilis in hoc princi. Collige c[...] in tex. ibi, finge enim, ꝛc. ¶ Quero, dicitur hic, quod nepoti [...] ſeruanda portio ex conſtitutione, quero que ſit iſta cõſtitutio [di]- ui Pij? Dic, eſt illa de qua fit mẽtio, ſupra eo. l. qui duos. ſed fu[it] cõſtitutio Antonini, niſi dicamus, quod fuit idem diuus Pius ꝛ Anto. Alij dicunt quod conſeruatur per hoc edictum, ſed hoc eſt falſum, qꝛ per hoc edictum nullo modo admittitur nepos, qui non eſt in poteſtate. Sed veritas eſt quod hic dicitur ex conſtitu- tione diui Pij, debet intelligi, id eſt ex edicto de leg. preſtãd. ꝛ ex conſtitutione diui Pij, que eſt facta ad illud edictum, ꝛ declara- uit illud edictum pertinere ad hereditates, l. filium. §. ſed ꝛ ſi po[r] tio. ſupra de lega. preſtan. ¶ Hoc premiſſo, quero in primo caſu que portio conſeruabitur huic nepoti? In gl. ſunt plures ſolutio nes. Prima eſt, quod conſeruetur virilis, hoc eſt, tertia quia ſunt duo filij: l. virilis, in princip. ſ. de leg. preſtan. Hec opinio nõ eſt ve ra, qꝛ ſm hoc habebit iſte filius, qui nõ eſt in familia: plus ꝙ ſi eſ- ſet in familia: tamẽ quidã volentes ſuſtinere, cõcedunt contrariũ, ꝛ dicunt quod eſt ratio. qꝛ habet iure ſuo, nõ per cõtra tabulas. Alij hoc timentes dicunt, quod conſeruatur tantum quantum haberet ex hoc edicto. ſcilicet quarta. Alij idem, quod conſerua- tur tantum, quantum haberet ſi eſſet in poteſtate. Sed prima eſt vera, ꝙ tertia debet conſeruari, per l. qui duos. in fine. ſ. eod. niſi diceres illã correctã, qđ non eſt dicendũ, ꝛ hoc tenet Dy. ¶ Ue- nio ad

uio ad ſecundam partem, quando duo erant nepotes, quorum vnus erat in poteſtate, alter non, quantum conſeruabitur, vtrum virilis, hoc eſt, quarta, vel ſeſcuncia, id eſt octaua. Dicit gl. ſeſcũcia, ⁊ hoc eſt verum, ſed tunc extra gloſ. dubitatur, ⁊ ſunt verba Dyn. quare ſ. proxi. conſeruatur virilis, hic vero non? Reſpondet Dy. virilis debet intelligi, quod iſte excepte perſone non habent aliquid vltra, quam habet vnus, qui venit per contra tabu. l. virilis. §. j. ſupra de legat. preſtand. ſed in primo caſu huius legis ſi ſibi conſeruatur virilis, non habet plus quam haberet ille qui venit per contra tabu. ſed hic ſi conſeruaretur ei quarta, haberet plus quam aliquis ex his, qui vocantur ad contra tab. ideo non ſeruatur quarta: ſed conſeruatur ei id, quod haberet, ſi id in poteſtate manſiſſet. Et quod haberet plus, ſi cõſeruaret̃ quarta, quam haberet ſi eſſet in poteſtate, probatur: filius emancipatus cum nepote in poteſtate retento, habent dimidiam, quam partiũtur inuicem, ⁊ ſic quilibet quartam. Si ergo iſte filius, qui non eſſet in poteſtate, haberet quartam, iſta quarta debet detrahi tã a patruo, quam a filio, ⁊ nepote in poteſtate retento, vt infra in fi. ⁊ ſic nepos non exiſtens in poteſtate, haberet quartam integrã, ⁊ nepos exiſtens in poteſtate haberet quartam diminutam, ⁊ ſic nepos non retentus in poteſtate, haberet plus quam aliquis ex his, qui veniunt per contra tabu. quod eſſe non debet: ideo cõſeruatur ei portio, quam haberet ſi in poteſtate manſiſſet. Ita dicit Dyn. Predicta puto vera, ſi ponamus in hac lege nepotem in poteſtate retentum eſſe preteritum: vel ſi ponamus eſſe eum inſtitutum, ⁊ vellet venire per edictum de coniun. omiſſ. beneficio tit. de leg. preſtan. Sed ſi iſte nepos in poteſtate retentus eſſet inſtitutus, ⁊ vellet venire per edictũ de lega. preſt. vt ſibi portio cõſeruetur, tũc ſibi, ⁊ alteri nepoti cõſeruaretur tertia, ⁊ ſic q̃libet haberet duas vncias. Ita debetis intelligere hanc materiam. Poteſt enim eligere iſte nepos in poteſtate retẽtus, beneficium illius edicti de coniungen. ⁊ venire per contra tabu. vel eligere beneficiũ de lega. preſtan. l. filium. §. omnibus. ſ. de lega. preſtan.

TITVLVS X

De Carboniano edicto.

¶ **Dictum eſt.** Supra de bono. poſſeſ. contra tab. ⁊ de multis edictis factis circa; illud, ſed quia edictum Carbo. eſt factum circa edictum de contra tab. ideo ſequitur iſta rubric. Querit glo. quare dicatur Carbonianum edictum? Dicit gl. quia a Carboniano editum, vt in glo. habes, ⁊ bene.

LEX I.

Si cui. Iuriſconſultus primo ponit edicti naturam, ſecundo incipit edictũ exponere Secunda ibi, non tantum maſculi, ⁊c. Habetis hic tria, quare pretor principaliter ponit edictum. Circa iſtud principium ſunt alique gloſ. que recitãt verba Iuriſconſulti poſita j. eod. per totum titu. Sed primo quero, vtrum iſte cui ſit cõtrouerſia, ſit inſtitutus vel exheredatus. Dic vt j. ead. l. §. Pomponius. Item dicitur hic, controuerſia, an intelligatur agendo? Dicit gloſſ. ꝙ non, ſed tantum excipiendo. Tu dic, idem eſt agendo ſiue excipiendo, j. eod. l. iij. §. parui. quod dic vt ibi, ⁊ plenius dicam j. eo. l. iij. §. miſſum. ¶ Dicitur hic, controuerſia fiat, quid ſi ſit inter liberos, an hec ſufficit? Reſpondeo, ſic, ſed debet eſſe controuerſia etiam de bonis, vt j. eodem l. iij. §. quamuis. ¶ Item dicitur hic cauſa cognita, qualiter intelligitur? Dic vt j. eod. l. iij. §. cauſe. ¶ Dicitur hic ꝙ aduerſarius mittitur in poſſeſſionem, ſi pupillus non ſatiſdat: quero, an ſit aliquis caſus quo aduerſarius mittitur ſi ſibi pupillus cauet? Reſpond. ſic, ſi aduerſarius eſt in pari gradu cum pupillo, l. ſed ⁊ ſi is. j. eod. Iſtam materiam de ſatiſdatione, declara vt in d. l. de bonis. §. qui pupillo. infra eod. ⁊ l. ſed ⁊ ſi is.

§. Generaliter. Opp. ꝙ iſte verſi. ſibi cõtradicat: quia primo dicit, ꝙ datur feminis hoc edictum, ⁊ poſtea dicit ꝙ illi, qui non habent contra tab. repelluntur. ſed in teſtamentis feminarum tantum non habet locum contra tabu. l. illud. §. ad teſtamenta. ſ. de contra tab. Solu. Intellige de feminis deſcendentibus ex virili ſexu. Item oppo. ꝙ inſtituti ⁊ venientes ab inteſtato veniunt per Carbonianum, ⁊ non habent contra tabu. vt infra ead. l. §. Pomponius. ⁊ l. ſi impubes. Sed hoc ſoluit glo. ⁊ bene.

1 ☞ Patris aſſertio aſſerentis aliquem non eſſe ſuum filium, non nocet filio.

a **§. Si quis.** [a]Hic declarat illud quod dicit, cõtrouerſia fiat, ſcilicet a quo ſit. Nam ſupra in verſi. generaliter: declarauit illud verbum ſicut fit controuerſia?

1 No. tex. ibi, cum ⁊ ſi teſtator, ⁊c. Ex quo† habes, quod licet pater dicat aliquem non eſſe ſuum filium, non nocet filio, vt hic: ſicut nec dictum matris, l. Imperatores. §. mulier. ſ. de proba.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si quis. De quo vide Bartol. in l. filium. de his qui ſunt ſui vel alien. iur.

1 ☞ Carbonianum nõ habet locũ ſi defunctus dicatur ſeruus.

§. Sed ⁊ ſi quis. Hic §. reſpicit illud verbum, inter liberos poſitum ſ. ead. l. in princ. No. tex. ibi, nam vel magis. Item no. tex. ibi, ſed ⁊ ipſe defun-

1 ctus, ⁊c. Ex quo habes, ꝙ ſi defunctus dicatur eſſe ſeruus habet locum Carbonianum. Et videtur mihi, ꝙ contra iſtum tex. in l. liber. C. de peti. he. de quo dic vt dicam j. eo. l. iij. §. miſſum.

§. Pomponius. No. ex hoc §. ꝙ ei qui habet bonorum poſſeſſionem ſecundum tab. non datur Carboniana. Secundo no. differentiam inter iam natum, ⁊ poſthumum. Ratio differentie eſt, vt in gl. dicitur quod bene, declaratur in l. ij. C. de edi. di. Adria. tol. ¶ Quero, quid ſi, ⁊ an ille ſic filius inſtitutus dubitatur, vt quia aduerſarius negat eſſe illum, quem teſtator inſtituit tanquam filium, an habeat

a locum Carbonia. Reſpon. ſic, [a]quia eadem eſt ratio, que eſt in poſthumo, vt j. eod. l. iij. §. quamuis.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Reſpon. ſic. Adde Bald. in l. j. C. eod.

a **§. Idem ait.** [a]Vides hic, ꝙ ſi aliquis exheredatur tanquam non filius, exheredatio non valet. Sed contra, in l. iij. in princip. ſ. de libe. ⁊ poſthu. dicit gloſ. exheredatio non valet, ſcilicet ſi probet ſe filium, interim valet. Certe ſatis poteſt ſubſtineri ⁊ ſufficit ꝙ probet ſe filium ſemiplene, vt j. eod. l. iij. §. cauſe. quo probato, datur Carboniana poſſeſſio, vt hic. quantum ad alia valet exheredatio, vt l. iij. in princi. ⁊ ibi not. ſ. de libe. ⁊ poſthu.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Idem ait. Adde Bald. in l. j. C. eod. ⁊ in d. l. iij.

§. Si quis filium. Hic incipit Iuriſcõſultus declarare illa verba, que dicunt, ꝙ controuerſia differri debet in tempus pubertatis, quid intereſt? Hic Iuriſconſultus reſpondet, vides in lege noſtra, ꝙ ſi quidem ſit contentio de bonis tantum, non habet locum Carboniana: ſecus ſi de bonis ⁊ ſtatu, quia tunc ſic. ¶ Quero ſi teſtator inſtituit filium non vt filium, an teſtamentum valet? Reſpon. ſic, q2 valet exheredatio ſic facta, multo magis inſtitutio, l. iij. in prin. ſ. de lib. ⁊ poſth. Hoc premiſſo aduerte ad iſtũ §. quod iſte filius dicebat ſe heredẽ ab inteſtato, ſi inſtitutio valet. Forte hoc erat, quia erat inſtitutus ex vncia, vnde ſecundum iura antiqua non poterat agere ad ſupplementum, ſed poterat rumpere teſtamẽtum. l. cum queritur. ⁊ l. omni modo. C. de inoffi. teſt. Vel dic, ꝙ dicebat teſtamentum nullum, non tamen dicebat bene. ¶ Item oppo. quando iſti coheredes negant eum filium, videtur ꝙ non habeat locum Carboniana, quia ſit cõtrouerſia de ſtatu tantum non de bonis, quia bona ſunt ſibi relicta tãquam extraneo, ⁊ ceſſat Carboniano, vt j. eod. l. iij. §. quamuis. Reſpon. imo faciebant controuerſiam de ſtatu ⁊ de bonis, dicentes non eſſe filium ⁊ ſibi relictum, tanquam filio, merito ſi non eſt filius, inſtitutio non valet, l. ſi pater. ⁊ l. nec apud. C. de her. inſti. Vel forte tenebant eum filium, ⁊ dicebant relictum ſibi factum eſſe perditum, ex eo quod teſtamentum dixit nullum tamen illa allegatio non eſt bona, vt dicitur, ⁊ probatur ſ. de his qui. vt indi. l. poſt legatum. in princ. Item dicitur hic, ꝙ ſi heres contendit teſtamentum valere, non habet locum Carbonian. Sed certe quatenus contendit valere, non negat eum filium, nec eſt contentio de bonis: quia ſi dicit teſtamentum valere, etiam per conſequens dicit ſe velle dare relictum illi filio. Reſpon. licet concedat teſtamentum valere, tamen dicit relictum illi filio non valere, dicenti teſtamentum nullum. Vel aliter eſt contentio de bonis, nõ de eo quod filio eſt relictum, ſed de eo quod vltra petit, dicendo teſtamentum nullum, nõ tamẽ queſtio differtur, quia eſt queſtio de bonis tantum, non de ſtatu.

§. Si mater. Iſte §. habet quatuor partes no. ſi ſtatus pupilli reuocatur in dubiũ, differtur queſtio ſtatus, ſed ſi redarguitur mater, tunc ſecus, vt hic. ¶ Oppo. de primo reſponſo ad ſecundum. In primo queſtio differtur, in ſecundo non. Gl. ſoluit in primo dicto, ꝙ fiebat queſtio matri, ⁊ puero ſimul: ſecundo matri tantum, hoc videtur tenere Iac. de Are. ⁊ Dy. Vel aliter, in primo reſponſo fiebat queſtio puero tantum, ⁊ non matri, in ſecundo reſponſo matri tantum, ⁊ non puero. Iſta eſt ſecunda lect. gl. ⁊ hoc videtur tenere Roſ. in libellis ſuis ſuper hoc tit. Intelligit enim primum reſponſum, ꝙ fiebat queſtio pupillo, ⁊ faciendo queſtionem pupillo, per quan-